

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter Ipsa an
te mulieres omnes scitate prece
lente: puto quod intelligit quod aiand
veritatem. Nam alie quidem partes gra
tiam meruerunt. ipsa autem plena
gratia ab angelo salutatur. **Hec an
telus. Oratio.** Illuc uirga uesse
florida et fructifera maia uir
go beatissima. de qua uincit ille
et singularis flos et fructus pro
ditur. in uirtutum spiritualium genere eru
pit: flos suauissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcorem. flos cuius uoi
tatis expellit mestitiam: fructus
cuius sacietas uenenam dat letitiam
Benedicta uirga de radice uesse:
uirtus et flos: quod de tali ra
dice ascendit. Benedicta arbor ben
dictus et arboris fructus. Tuo er
go flore me reuere: tuo fructu
ab omni miseria me libera: uirgo
maia in eternum benedicta. amen.

De receptioe iohannis bap^{te} Ca. iii

Vit autem in di
ebus illis. factus
in diebus hero
dis regis iudee.
sacerdos quidam
noie sachaias
de uice abia: et uxor eius noie

quantum ad obseruanciam ceremonialium:
sine querela. quantum ad obseruanciam
iudicialium: quod pacifice se ad proxi
mos habebant. Et non erat illis
filius propter stilitatem: quod est causa
specialis mulierum. Ex quo apparet
receptio precursoris miraculosa: quod
non fuit tantum per naturam: sed per
naturam gratia diuina adiuta. **I**
ste herodes de parte ydumeo de
cendens fuit alienigena: et iam cep
trum ablatum fuit de iuda: et
ideo tempus aduentus christi instabat: quod
iacob patriarcha spiritu prophetico sig
num aduentus christi prederat. qui reg
num iudee ad alienigenam translatum
esset dicens. Non auferet ceptrum
de iuda etc. **E**t sciendum est hic
quod cum moyses uicium instituisse su
mum sacerdotem. cui mortuo unus per
ordinem succederet: dauid uolens im
plere cultum domus domini. de xxiiii fa
miliis que descenderat ab aarone in
stituit uiginti quatuor sacerdotes: su
per quos unus maior erat et su
mus omnium: quod dicebat princeps sac
dotum. Instituit etiam ut uicissim mi
nistrantes per ebdomadam a sabbo
usque ad sabbatum tempore uicis sue
singuli castimoniae student: nec
interim in domum propriam intraret:
sed in domiciliis circa templum

ms. 001A

alte Nr. 352.

Calixtus, Gg. mit

Sammlung mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter sind
einige mathematische.

Herman. Conringus
c. 15. 15. c. XL.

F. III. 6.

25
27
31
41
57
61
71
81
91
101
111
121
131
141
151
161
171
181
191
201
211
221
231
241
251
261
271
281
291
301



31

POSITIONES

DECLARATI-
VÆ VISIONIS PER
RATIONES NATURALES

Propositæ in academia Salana

Ab

ANDREA LIBAVIO M.D.T.C.
Professore publico

Quo auxiliante Deo præside

Pro iisdem defendendis respondere
conabitur

NICOLAUS RHOSTIVS
Vinariensis

Ad 25. Octobris anni 1589.
loco solito.



J E N Æ

Typis Tobia Steinmanni impressæ.

*Dn. Valent. Mylio
in h. r. f. d.*



Dedicatæ

Viris amplissimis & magnificis
D. D.

MICHAELI VVIRTHIO
IVRECONSULTO DVCVM
SAXONIAE IN AVLA CO-
burgica Cancellario,

ET

NICOLA O REVSNERO
IVRECONSULTO DVCVM
SAXONIAE CONSILIARIO,
& facultatis Iuridicæ in Academia Ienen-
si Seniori professori pu-
blico.



POSITIONES.

1. **V**isio est actus anime per oculum, ut oculus.
2. Videre est oculo operari qua est oculus.
3. Videre ergo quoddam sentire est, & visio aliquis sensus.
4. Est enim animalis principij in Instrumento animato functio.
5. Animal autem est qua sentit.
6. Non quodvis videtur sed determinatum.
7. Id $\omega\alpha\rho\omega\nu\mu\omega\varsigma$ vocatur visibile.
8. Et relatè se habet ad visum.
9. Estq; extra sensitivum principium.
10. Fit enim sensus externi alicuius noscendi gratia.
11. Quod cognoscit interius est.
12. Perceptio quoq; fit intus.
13. Perceptio autem visibilis iam actu non existentis.
14. Debet enim videri & ex non viso fieri visum.
15. Oportet ergo ut ex potestate in actum emergens ex materiato veluti formale fiat.
16. Idq; per mutationem forme qualis manente subiecto.
17. Per alterationem ergo non sine actione & passione.
18. Actio & passio est inter disposita.
19. Non enim quorumvis est agere & pati.
20. Alteratio autem ad visum fit.
21. Huius enim est motivum visibile.
22. Disposita ergo visibilia debent esse, & visus inter se.
(Dicendum igitur de visibili videnteq; dispositis, & actu ipso)
23. Sensus fit patiente aliquid sensorio.
24. Oculus in visu patitur non ut materiatus, sed ut alteratur visibili.
25. At necesse est ut in materia formam habeat, ut possit pati.

26. Ergo & id à quo patitur non erit separabile.
27. Necesse ergo est, ut vel id in quo est principium moti-
vum primum tangat sensorium, vel id quod est deinceps.
28. Impossibile est visionem fieri tangente oculum corpore
ipso in quo est visibile primum.
29. Patietur enim ab eo ut corpus fortassis: sed non ut visi-
vum.
30. Abest enim id per quod erat visibilis qualitas, quæ nisi
actuata prius foris, visum non movet.
31. Tanget ergo id, quod est deinceps, & ita ordinatum ad
sensorium sensibile, ut sit medium sensibilis formæ pro
ratione mediæ susceptivum.
Movet ergo visum visibilis forma non separata, nec
in suo subiecto tangente ultimum, sed per medium
aptum.
32. Visum oportet posse videre & non videre.
33. Est enim susceptivus actus & potentia.
34. Visibile quoque actu vel potentia est.
35. Videbitur ergo actu quando actuatum movebit visum.
36. Visibile autem non omnino est actus per se.
37. Nam cum sit duplex, alterum per se visibile, alterum
ex accidente: & illud vel primum vel secundarium:
38. Quod primum est, ut lux, actus quidem est, at alteri-
us nempe luminosi: Et ad potentiam visus, ipse quoque
potentia.
39. Secundarij, ut coloris, tota ratio in potentia est.
40. Primum ergo actu ad visum erit presente suo subie-
cto, Et tunc erit per se visibile.
41. Secundarium à seipso in actum non prodit.
42. Quod enim tale est, à seipso non movetur.
43. Nec movetur ab eo quod vel actus non est ipsum, nec
actum habet.

Omnia

44. *Omnis enim in potentia mobilis actus proficiscitur ab aliquo existente actu.*
45. *Actu autem non quo vis, sed determinato.*
46. *Ab eo igitur qui pro modo cuiusq, sive per se sive ex accidente è contrario in contrarium possit movere.*
47. *In visione igitur actus primùm visibilis actum secundarium potentia existentem educit, & ratione nomineq, visibilem reddit.*
48. *Non facit hoc actus luminis, ut est in luminoso: seu lux quam vocant:*
49. *Possit enim fortè sui subiecti colorem ostendere, at non aliorum.*
50. *Ergo ut est in altero, tum ad visum, tum ad colores rerum, & presentiam absentiamq, eius apto.*
51. *Est autem tale id quod perspicuum dicimus.*
(Dicendum igitur de medio perspicuo, lumine & colore)
52. *Medium est quod legitime inter visum & visibile interiectum ultimò tangit oculum.*
53. *Spacium corpore plenum id est.*
54. *Vacuum enim non tangit.*
55. *Et si vacuum esset, forma visibilis esset separabilis.*
56. *Debet esse susceptivum visibilium.*
57. *Non ergo impenetrabile ob soliditatem.*
58. *Nec est meatibus Empedocleis pervium.*
59. *Natura enim temerarium quid non admittit.*
60. *Nam divisibile est, & tangitur absq, vacuis susceptivum specierum visibilium.*
61. *Incurreret etiam in absurditatem atomorum & absq, ratione idem meatus à maioribus, minoribus, equalibus, transmitteretur.*
62. *Cum luminis sit susceptivum, debet esse perspicuum.*
63. *Perspicuum est corpus interminatum susceptivum lucis & tenebrarum.*
- A 3
- Perspi-

64. *Perspicuitas est corporum communis quaedam affectio. Inseparabilis quidem ab ipsis, at uni magis alteri minus inexistens, quæ causa est ut luminis sint susceptiva.*
65. *Consequitur raritatem puritatemq̄, ut eas habent corpora.*
66. *Nam crassum & Impurum, ut tale, imperspicuum est.*
67. *Est autem natura eius in indefinito.*
68. *Nihil enim qua terminatum est, est perspicuum.*
69. *Hinc id, in quo est vel nullum vel exilem habet colorem, quatenus nimirum est, præsertim in medio.*
70. *Si enim medium perspicuum aliquo insigni colore fuerit præditum terminatum erit, & aliorum colorum actus impediet, vel omnino, vel synceros.*
71. *Impossibile ergo est per se videri perspicuum.*
72. *Per aliud autem videbitur, utpote ratione & actu.*
73. *Nam ad terminum sive suum (quem accipit ratione ad aliud magis perspicuum) sive alienum, & præsentiam absentiamq̄, lucis percipitur.*
74. *Perspicuum ad pariter perspicuum non apparet.*
75. *Minus perspicuum ad magis apparet, utpote crassitie addente terminum.*
76. *Magis perspicuum ratione & collatione simul innotescit.*
77. *Ad potentiam luminis perspicuum est potentia.*
78. *Est enim naturâ actus & potentia habitus & privationis capax.*
79. *Subijcitur etiam lumini tanquam materia, cuius ratio est in potentia.*
80. *Ad visum actu debet esse actu pellucidum.*
81. *Lumen est actus perspicui ut perspicuum.*
82. *Actus autem non per se:*
83. *Non enim est propria forma corporis perspicui.*
84. *Sed actus perspicui ob luminosi præsentiam.*

Vnde

85. Vnde dici potest habitus ex praesentia ignei in perspicuo.
86. Et quia ex eo aliquo modo innotescit perspicuum visui :
87. Quod autem visus percipit, id generaliter potest color appellari :
88. Lumen ergo potest etiam vocari corporis interminati color.
89. Color autem non ita ut infra quasi sic terminet, ut excludantur colores reliqui, sed quia ex illustratione cognoscitur.
90. Lumen ipsum non nisi in termino videtur.
91. Nihilominus autem per se dicitur visibile.
92. Non quidem quia in ratione eius sit visibile.
93. Sed quia non per actum alium sed sua natura est motivum visus :
94. Nam respectu visus, qua ratione is fit, dicitur visibile per se.
95. Lumen aut radiosum est aut diffusum.
96. Radiosum à luminoso per lineam luminosam effunditur.
97. Diffusum extra radium luminosum passim est dispersum.
98. Aliud etiam aethrium est, aliud elementare.
99. Aetherium vel primarium vel secundarium, id est, participatum.
100. Elementarium vel actu ut quod à flamma est, vel potentia ut in reliquis sive mixtis sive simplicibus pro cuiusq; natura magis vel minus.
101. Ad visum aptissimum est dici lumen à Sole emanans.
102. Hoc enim principaliter perspicua actuat sincerissime.
103. Per talia autem species visibiles apparent infusata maxime.
104. Modus autem eius ferè cuiq; visibili est determinatus.
105. Sunt enim quae aptius videntur in radioso & magno.
106. Quaedam in magno vel non vel non bene, melius in parvo vel in parvo tantum. Quae-

107. *Quaedam in nullo externo mediū lumine, ut in tenebris fulgida, quæ suo se fulgore ostendunt.*
108. *Accessorium lumen debilitèr illustrat, pro aptitudine tamen perspicui magis minus.*
109. *Lumen flammæ impurius est, utpote valde mistum.*
110. *Cumq; sequatur ignis sui in materia hærentis naturam, plerunq; falsa ostendit visibilia.*
111. *Falsum est lumen in mistis esse actū, siquidem actus opponitur potentiæ.*
112. *Terminatum enim esset & in aliquibus tenebris eluceret.*
113. *Omnis autem actus eius pendet ab externo lumine.*
114. *Lux est causa efficiens colorum pro cuiusq; subiecti modo, cum in eo terminat perspicuum.*
115. *Color est terminus actū perspicui ad corpus definitum.*
116. *Terminus est, quia extremum est perspicui in quo apparet.*
117. *Vnde intus in medio quā medium actū color nullus est.*
118. *Terminus autem est perspicui actū, non solidi superficies.*
119. *Nam quæ lumen terminatur nec amplius penetrat, ibi finis est perspicui, nihil nimirum aliud quàm color, quatenus perspicui finis, non corporis.*
120. *Nec refert, siue actū perspicui siue luminis in perspicuo terminato extremum voces.*
121. *Quod enim facit perspicuum actū, id lumen est in tali materia, ut tanquam ex materia & forma fiat una natura.*
122. *Ratione fortassis different.*
123. *Respectu enim luminis terminantis perspicuum, terminantis terminus foret, respectu perspicui, terminati.*
124. *Nec si habitat in termino corporis solidi, ideo solidi est terminus, nisi velis superficiem esse. Nec*

125. Nec si terminus est, locus est, quia ad locatum non ad
perspicuum ut perspicuum dicitur.
126. Eadem autem est natura qua colores in aëre seu medio
suscipit, & qua in ipso solido: nempe perspicuum.
127. Sed in medio interminatè, in solido terminatè.
128. Itaq; si in medio quoq; terminentur colores, ut & lu-
men, tunc videntur, ut si speculum vel usum huius
præbet.
129. Nec actu sunt in rebus sine lumine.
130. Sunt enim veluti Emphases quaedam à varia luminis
in subiecto pro cuiusq; natura receptione & redditione.
131. Vnde sine lumine nulla fit visio.
132. Argumentum, quod non tantum pro luminis natura
aliter colorantur res, sed & si aliter dispositum fuerit
subiectum recipiens, aliterq; fiat receptio.
133. Nigredo enim si in toto cornu actu esset, omnes par-
tes eius præsertim in superficie extantes, eandem affe-
ctionem connatam & inseparabilem retinerent: Nunc
autem rase non retinent.
134. Omnis penè colorum varietas, in aëre & aëreo fit, nec
tamen ea affectio aëris est actu sine lumine.
135. Mistionem color consequitur, luminis scilicet cum natura
subiecti terminati.
136. Consequenter etiam mistionem elementorum, sed non
ut miscentur, sed ut variantur partes, & disponuntur
ad lumen recipiendum reddendumq;.
137. Nam colores sunt etiam in elementis simplicibus qua-
tenus eorum perspicuitas aliquo modo terminatur.
138. Sunt enim omnia elementa sua natura perspicua.
139. Vnde nulli, ne mistis quidem omnino perspicuitas deest.
140. Ob densationem verò quam penetrare lumen non po-
test, sicut in profundo gurgite non animadvertitur
- B
- in pro-

in profundo, sed potissimum circa superficiem ibi terminato lumine color est.

141. Porro dum terminatur lumen in perspicuo, vel à puro recipitur vel ab impuro seu familiari natura sua vel non familiari, idq; etiam mistè.
142. In puro & familiari reddit colorem album, idq; magis vel minus pro ratione convenientia.
143. In impuro & non familiari reddit nigrum, ita ut hac ratione hi colores sint oppositi sibi, & extremi.
144. Nec malè loquitur, qui album desinit terminum luminis in purissimo & familiari.
145. Nigrum verò quatenus nigrum, negationem albi, quo ostendit subiectum contrariò modò affectum.
146. Meritò venit in disceptationem id, quod Philosophi plures scripserunt, quod in interminato sunt tenebrae id esse nigrum in terminato: Vnde
147. Nigrum erit privatio luminis in terminato, sicut tenebrae privatio luminis in interminato.
148. Nam sicut corpora indefinita sunt privationis & habitus susceptiva, ita & definita.
149. Colorum ergo extremorum alter ut habitus erit alter ut privatio.
150. Porro si lumen in perspicuo terminetur proprio eius termino: reddi solet color albissimus, ut in nive.
151. Nigerrimus quem atrum vocamus, quando terminatur in alienissimo à perspicui termino.
152. Accidit etiam aliquid nigrum apparere, quando ob distantiam non potest projicere lumen.
153. Nam quasi privatum luce apparet, cuius deliquio oritur obscuritas.
154. Quibus tenue lumen est ea apparent quodammodo, nigra, ut umbra & crepusculum, & dubia nox.
155. Tametsi umbra etiam dicitur privatio luminis radiosi, &

- si, & presentia diffusi, ad obiectum solidum radios
inhibens.
156. Colores intermedij inter album & nigrum omnes sunt
compositi, emergentes pro natura diversi perspicui ter-
minati & illustrati.
157. Malè videntur poni quatuor colores simplices pro nu-
mero elementorum.
158. Non enim propria affectio elementi ut elementum est
color, sicut prima illa quæ elementis primùm insunt, &
constituunt eadem, quæ primo sensui assignantur.
159. Videtur etiam quod ex mistione secundariò resultat ut
viride caruleum, flavum, frustra primum inesse dici.
160. Non si una lux est, foret etiam color unus, si causa ef-
ficiens statuitur lux. Subiectum enim est diversum.
161. Non si niger nullos alios recipit colores, ideo habitus
est, sed potius, quia non natum est subiectum eius puri-
tate aliqua terminare lumen, ideo omnes reliqui colo-
res in eodem subiecto nigrescunt.
162. Dicere ex habitu & privatione nihil componi, ad Em-
phasin non est, verum undiquaq;.
163. Dum dicit Philosophus eandem esse naturam quæ co-
loratur intus & foris, videtur rationem subiecti in po-
tentia colorati intellexisse. Si enim lumine termina-
retur intus quoq; perspicuum, tunc pro sua natura colo-
raretur. Non autem esse actum eundem colorem intus
qui est foris, sed pro natura subiecti, ex multis patet.
164. Nullum colorem spectamus purum.
165. Cum enim fiat à lumine quod cum terminatur suum
quoq; representat colorem, ideo semper offertur color
duplex, luminis per se, & subiecti, quem id ob mistum
lumen reddit.
166. Ex termino ad medium interminatum propagantur
colores ad quamvis distantiam proportionatam.

167. Nullus autem videtur extra terminum, nec in medio
ut medium, sed per illud in termino ipso.
168. Non necesse est egredi oculo vim visivam ad termi-
num.
169. Sed luminis natura hac est, non nisi multiplicatum in
termino se ostendere.
170. Unde licet non omni lumine est destitutum visus or-
ganum:
171. Nihil tamen refert siue illustris sit actu vicinus orga-
no aer siue non, modo in ipso non sit lumen immodicū.
172. Imò ad quadam videnda omnino prohibendum ab o-
culo est lumen externum.
173. Hinc sagittarij occludunt unum oculum, ut copiosum
lumen excludant, ob cuius praesentiam scopum non ex-
actè poterant videre.
174. Contrahitur etiam sic medium in angustum ne refra-
ctio maior rem exhibeat maiorem, atq; ita errorem
afferat.
175. Motivus autem oculi color est per lumen & medium.
176. Quod minutum nimis est, id partum motivi luminis
habet.
177. Necesse ergo est ut visibile sit iusta quantitate ad mo-
vendum.
178. Efluvia colorum corporea reijcimus.
179. Probamus efluvia specierum per lumen in perspicuo.
180. Falsus est occursum visivi spiritus & visibilis in medio
externo.
181. Invisibile dicimus, quod nullum habet colorem actu, &
quod coloris susceptivum non est, quodq; agrè & vix à
lynceo videtur.
182. Potest autem invisibile actu esse visibile potentia.
183. Non enim omnino non est invisibile si non videtur.
- Dicta hac esto de externis. Visio

184. *Visio est sensitivi principij actio corporea :*
185. *Non itaq, potest esse sine corpore.*
186. *Corpore autem organico physico.*
187. *Nam actio talis principij est per instrumentum animatum natura.*
188. *Sensus fit in parte similari.*
189. *Instrumentum ergo ex similaribus est.*
190. *Similarium compositio ex elementis est.*
191. *Elementis autem ad actionem dispositis.*
192. *Cum itaq, visionis instrumentum sit oculus, oportet eum esse ex terreis finientibus certo modo & aqueis indefinitis.*
193. *Ex finientibus, quia sicut foris in termino cernitur color, ita cum intus non oportet pervadere, sed retineri.*
194. *Ex indefinitis, & hoc potissimum aqueis, quia sine luce nec intus nec foris videtur, cuius scil. assignata: Lux autem perspicui est actus.*
195. *Non autem in oculo vel aërei vel ignei vel terrei perspicui, cum ista sint inepta tum ad actionem tum ad usum oculi.*
196. *In sanguineis sensus sine sanguine non fit, ut nec in reliquis sine proportionato.*
197. *Nec actio sine calore & spiritu.*
198. *Pro modo ergo visionis sanguis spiritus & calor in organo sunt.*
199. *Per oculum externum quid interno principio communicatur: Ad utrumq, itaq, finire debet.*
200. *Vt facile recipiat retineatq, qualitatem debet esse levis & finitus.*
201. *In politis enim definitis facile recipitur imago.*
202. *Debet etiam ea in parte qua recipit pervius lumini esse.*
203. *Pelliculis igitur clauditur pellucidis.*

204. Quatenus videt colores, colore vacare eum oportet proprio.
205. Vacare & lumine actu.
206. Nam duplicem actum perspicui sui non fert, nisi alter ad alterum instar nullius sit actus.
207. Impressio qualitatis debet esse constans & respondere receptioni.
208. Melius ergo multa habet perspicua quam unum.
209. Perspicua vero diversi modi.
210. Nam si multa sint eiusdem modi, perinde ac unum erunt.
211. Et Spiritui visivo non statim color proportionatus est, sed quanquam pro formae natura, motu perniciosissimo, tamen post transitum per perspicua omnia & refractionem per eadem.
212. Fit id ordine certo.
213. Ita ergo perspicua sunt disposita, ut ab uno ad alterum propagatio qualitatis fieri possit, primo scilicet loco aqueum, postea, glaciale, & tertio vitreum.
214. Perfectius omnia sunt in rotundo.
215. Facilitas quoque motus melioris gratia ad omnem angulum id requirit.
216. Oculus ergo debet esse rotundus.
217. Non immobilis, sed mobilis, applicationis velocis ad situm rei visa gratia.
218. Sed & immobilis ex accidente ob partes.
219. Alioquin non suo situ viderentur res.
220. Duo sunt, non quia id necesse est, sed quia melius.
221. Idque ob providentiam & pulchrum.
222. Duo cum sint naturaliter affecti in actione non dissentiunt.
223. Moventur enim conformiter.
224. Et hoc ideo quia ab uno pendent principio, & unius sunt gratia.
- Nes

225. Nec geminata naturaliter apparet species una.
226. Nam deferuntur ad unum principium.
227. Non videmus nisi anima attentè præsertim intuitivè.
228. Anima est in corde, ut in primo sensorio principium primū.
229. Oculus ergo debet coherere cordi.
230. Non immediatè.
231. Nam cum sit ultimum tangens, vim per intervallum inde accipit.
232. Nec statim est ad videndum disposita vis animæ sentiens
233. In cerebro igitur præparationem quandam ad sensum, proportionatam accipit.
234. Oculus ergo tum necessario cerebro est appositus tum melioris gratia, & per nervos arteriasq; inde copulatur cordi.
Hæc de visibili & organo visus.
235. Ad actionem omnia sunt disposita, si omnia se habent secundum naturam, & ad actum actionem, si actu.
236. Depravata actio, impedita aut nulla erit, si præter naturam magis minusve, aut alio offendente erunt constituta.
237. Oportet autem oculi ad visum actu dispositi oppositionem rectam ad visibile fieri.
238. Omnis enim visio secundum rectam fit lineam.
239. Vis mediæ motiva finita existens in infinitum non movet.
240. Ad distantiam ergo iustam, prout velit accuratè vel non videre, debet esse locatus oculus.
241. Aut distinctè & equaliter videmus, aut indistinctè & inequaliter.
242. Vna intentio videtur equaliter una linea.
243. Fieri nequit ut simul plura equaliter videantur.
244. Sic nihil simul cernitur totum, ob plures intentiones.
245. Per intuitionem videmus quando in tempore per axes Pyramidum diligens fit comprehensio.
246. Indistincta visio perfunctoria est.

Fit

247. *Fit enim per aspectum simplicem instantaneè quovis perpendiculo.*
248. *Vtrovis modo visibile offertur vel directè vel refractè vel reflexè.*
249. *Directè per unum medium.*
250. *Refractè per duo vel plura mutata visibilis quantitate ad maius per densum, ad minus per magis perspicuum: Nam equalia perspicua pro uno sunt.*
251. *Reflexè ad corpora polita seu levia.*
252. *Nullibi minus fallimur quàm directè intuendo propria.*
253. *Semper prius colorem quàm speciem eius percipimus.*
254. *Per se visibilia primaria & secundaria solo visu percipiuntur.*
255. *Reliqua visu & ratione, licet ibi quoq; non excluditur ratio.*
256. *Sunt autem nobis vel ante nota individualiter, vel coniecturam ex universalibus signis capimus, causis effectis, collatione.*
257. *Talia autem sunt motus quies, magnitudo, figura, numerus, situs, & quae ad haec reducuntur, vel ex horum iudicio innotescunt, de quibus Optici diligentius.*

F I N I S.

94 A 7363

ULB Halle

3

002 826 550



Sb.

V. 17


Einige in demselben

Einige in demselben



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio ubi:
ut scilicet prius ipsum concipiat me-
te quam carne. **M**utans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni uel
beram. **Q**ue bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerunt conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.
prius etiam quam concipiat: post concep-
tionem quantum dei habundat gratia
quous cogitare possit. **U**nus uerum
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
uere gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbra perfusa est omnis
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fide
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. **D**icitur
quous ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimpleat
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelica sit
uirgini gratissima: ista tamen clarissima
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Sicut enim iam eam in uirgine: non
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. **H**ec etiam sola pre-
omnibus mulieribus et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. **C**um
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei qui ait. **I**n dolo con-
cepit: uirgo maledictioni legis
erat. **M**aledicta sterilis: sed in
utrumque maledictam uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde
ipsa primicia uirginum dum primo
uirginitate sua de obitu maledic-
tionis legis aboleuit: et merito benedic-
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. **E**t notandum
quod super hac salutationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alijs
excellentijs dulcis et gratia beatam
uirginem salute potit: quia hac sa-
lutatione quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. **I**n
uobis singularis dulcissima implen-
tur misteria. **N**am deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset immunis ab omni uel



POSITIONES
DECLARATI-
VÆ VISIONIS PER
KATIONES NATURALES

Propositæ in academia Salana

Ab

ANDREA LIBAVIO M. D. P. C.
Professore publico

Quo auxiliante Deo præside
Pro iisdem defendendis respondere
conabitur

NICOLAUS RHOSTIVS
Vinariensis

Ad 25. Octobris anni 1589.
loco solito.



J E N Æ

Typis Tobia Steinmanni impressæ.

*Dn. Valant. Mylio
an. Hri. J. P.*